MARTYROLOGIUM ROMANUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, 16. Jh. Seite 7r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35047
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Februarius 48

In sicilia: sanctorum martyrum septuaginta novem; qui sub diocletiano per diversa tormenta confessionis sue coronam percipere meruerunt. Adrumenti in africa: sanctorum martyrum veruli secundini siricii felicis servuli saturnini fortunati et aliorum sexdecim; qui in persecutione vuandalica ob catholice fidei confessionem martyrio coronati sunt. Damasci: sancti petri episcopi et martyris; cui arabum et manicheorum errores [illegible] saracenorum rex linguam preci[illegible] quam in arabiam felicem relega[illegible] ro affectus supplicio marty[illegible] mavit. Ibidem: sancti petri mavimeni: qui cum diceret arabis quibusdam ad se egrotum venientibus; omnis qui fidem christianam catholicam non amplectitur: damnatus est: sicut et mahumet pseudo propheta vester; ab illis necatus est.

Ravenne

7